



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Nucleus Practici Tractatus, De Legibus**

**Marchius, Ewald**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661**

§. 20. Explicat fructus intentionis rectæ & conformitatis humanæ  
voluntatis cum divina.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42256**

Grata Deo potius, quam sit substantia  
Mundi.

Hæc faciens, magnum capies, in Morte leva-  
men,

Liber & à curis, in sanctâ Pace quiesces,  
Optatumque lucrum, dispersa Pecunia red-  
det,

Consiliumque meum, dabit optima gaudia  
cordis,

§. 20.

*Explicat fructus intensionis rectæ, & confor-  
mitatis humanæ voluntatis cum*

*Divinæ.*

Vivus est sermo Dei, & efficax, &c. & discre-  
tor cogitationum, & intensionum cordis.

*Hebr. 4. v. 12.*

In capite Libri scriptum est de me, ut face-  
rem voluntatem tuam, Deus meus volui,  
& legem tuam in medio cordis mei, *Psal.*

*39. v. 9.*

**A**ccipe Consilium solatia magna datu-  
rum,

Quod bene servatum, menti conferre quie-  
tem,

Et meritum cumulare potest, si *intensio* recta,

*b* Sit defixa Deo, tua conformisque, *volun-  
tas.* a *Deo*

*a. Psal. 4, Tob. 3, b. Matth. 6.*

- a* Sit defixa Deo, tua conformisque, *voluntas*,  
*b* Divinæ fuerit; quamvis contraria surgant,  
*c* Exilium, *d* carcer, *e* rerum jactura tuarum  
 Injustæ lites, mors *f* ipsa, *g* calumnia falsa,  
*h* Paupertas, *i* morbus, contemptus & om-  
 nia dura,  
*k* Æquo si fuerint tolerataque pectore forti,  
*l* Nulla tuam lædet, tunc perturbatio mentē,  
*m* Sed majora dabunt, pacato gaudia cordi,  
*n* Est animus talis, veluti mons firmaque  
 rupes,  
*o* Quæ nec fulminibus, nec tempestate mo-  
 vetur,  
*p* Sed manet æqualis, quamvis hæc machina  
 mundi  
*q* Mota loco fuerit, supremaque mixta pro-  
 fundis:  
*r* Est animæ lumen fulgens, *intentio* recta,  
 Reddit opus quodcunque, Deo acceptabile  
femper  
*s* Obscurat tenebris, si recta *intentio* desit:  
 Hinc tibi si vires desint, præstare quod opas,  
 Si tamen intendis bona, crede, placere To-  
 nanti vota  
*a* *Matth.* 6 *b* *Afor.* 21, *c* 2. *Machab.* 3 *d* *Gen.*  
 39. *e* *Iob.* 1. *f* *Marci* 6. *g* *Daniel.* 13 *h* *Psal.* 71.  
*i* *Luca* 6. *k* 18: *l* *Rom.* 52. *Corinth.* 12. *m*  
*Psal* 124 *n* *Psal.* 17. *o* *Psal.* 45 *p* *Sapi.* 20.  
*q* *Matth.* 5. *x* *Matth.* 6. *f* *Luca* 18.

Vota tua, ac horum nunquam frustrabere fructu.

§. 21.

*Duplicitem cordis, & omnem fallaciam carpit.*

Domine quis habitabit in Tabernaculo tuo &c. qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua: nec fecit Proximo suo malum, &c. *Psal. 14. v. 1, 2. & 3.*

**A**bsint *duplicitas* animo, Mendacia  
*b* lingua

*c* Non lædas ullum, quævis *d* Deceptio cef-  
set:

*e* Quidquid agis, loqueris, sint hæc confor-  
mia menti,

*f* Est inimica Deo, *gemini fallacia* cordis,

*g* Callidus hanc docuit Serpens, seductor A-  
dami,

*h* Quam Deus, innumeris castigat sæpe fla-  
gellis,

*i* Qui semper verax, semper veracia quærit,

§. 20.

*a* *Eccl. 2.* *b* *Proverb 22.* *c* *Luca 3.* *d*  
*Proverb. 11.* *e* *Psal. 14.* *f* *Psal. 49.* *g* *Gen.*  
*3.* *h* *5. Regum 2.* *i* *Psal. 88. & 118.*